Anno 1532. d. 13. Aprilis Ex M. S. B. Z.

# Sigismundus Rex Poloniæ Statibus Moraviæ

89

Sigismundus ecc. Revdi Spectabiles Magnifici Generosi, Nobiles, et Famati sincere Nobis dilecti. Redditæ sunt Nobis literæ Dõn Vestrar quibus declarant se in Conventu Olumunc, pro Festo Sanctor trium Regum, proxime praeterito acto unanimi Omnium Ordinum Consensu decrevisse admisisseq et Generosum Vibelinum Cuna de Cunstat, qui jactat et praetendit, Suam Dominam Bonam Conjugem Nostram charissimam de certa peccuniæ Summa, quæ ex literar obligatione felicis recordationis Illm Dominæ Isabellæ Matris suæ Mtis in hereditatem Ducatus Barensis transfusa esset, sibi hucusq satisfacere noluisset posset in subditos et Nuncios quoscunq suæ Mtis inve repraesentiar ubi; et quando libet illos racione debiti pignorare et detinere, Quæ res ingentem Nobis admirationem attulit;

Nam nisi et Nobis ex literis Dominationum Vestrar cognitum extitisset, nequaquam credere potuissemus illas, praeter omnem cognitionem causæ et contravationes Pacis Publicæ, quæ ex jure Gentium

descendit

Ejusmodi libertatem pignorandi, privato homini. Concedere debuisse, unde et jura Publicæ quietis confundi, et tranquillitas in ui vicinitate dudum servata, perturbari facile posse.

Verum cum apud illas Communi bono privatam unius Commoditatem ante poni, hoc tempore advertamus, satis mirari non possumus qua facilitate permotæ Dō Vestræ, ad relationem unius Personæ, id constituerint, et admisserint, quod non minus Periculi Provinciæ suæ incolis quam Nostris quibus Vis subditis offere potuerit, utrumq tamen id ita est, factum, nos cum sciamus Serenissimam Conjugem Nostram, semper se obtulisse, et in præsens offerre, ut hæc obligationis causa iuri et juris peritorum judicio in Romana Curia aut Ducatu Barensi submittatur, hortamur Vestras Dominationes ut ipsi Vilhelmo Cuna, persuadeant distinctionem, iuris potius in Causa sua amplecti, quam violentas pignorationes hominum persequi

Alioqui enim si iustitiæ et æquitati contrarium eus pertinacem se et importunum adversum Suam conjugem Nostram, cum assensu Dominationum Vestrar exhibere voluerit Nos ut subditos Nostros ab in juria defendamus nihil morabimur, in universum

contra

Omnes vicissim ex Mare Signatio Moraviciultro

ultroq hac commeantes, represalia admittere

Hi enim qui ex hic iter in Italiam vel Germa

niam faciunt, non ad Suae Conjugis Nostrae sed ad

Nostram solius subjectionem pertinent

Hac Nos Do Vestris ad literas illar respondere

voluimus ut praespicere possint, quid ad conservanda

quietem Publicam, et ad tuenda bonae vicinitatis

jura statuere admittere et amplecti debeant

Cetero ista admissio repressaliar qua Vrae Dnes in

Conventu suo proxime acto fecerunt, nullo Nostro fie

ri non debuit, contra voluntatem et Mandatum Sere

nissimi Domini Ferdinandi Romanor Ungariae

et Bohemiae Regis qui literis suis patentibus

ejusmodi pignorationem Nunciorum Serenissimae Con-

jugis Nostrae et subditor suor severiter vetuit, et pro

hibuit, prout id ex iisdem, literis Suis Majestatis

quas cum praesentibus mittimus Vestrae Domina

tiones plene cognoscent, Quas bene valere optamus

Cracoviae 13. Marcii Anno Domini 1332.

Regni Vero Nostri 26.